

Lucretianum.

Lucr. VI, 427 (Lach.) Cetera quae cursu crescunt cursu
que creantur

Et quae concrecunt in nubibus

In priore huius enunciati parte quum aliquod requiratur, quod alteri sit oppositum, cursu autem etiam nubium partus creentur, apparet, vocem sursum in codicibus utrobique exhibitam non recte mutasse Lachmannum. Debat una littera correctam scribere:

Cetera quae sorsum crescunt sorsumque creantur.

Coniungit poeta ea quae nubibus adiuvantibus et quae sine iis per se in aere crescunt. Forma sorsum utitur Lucretius II, 684; III, 632; 637; 660; IV, 495; V, 447. *) H. A. Koch.

*) Reperi hanc emendationem in Teubnerianam editionem. I. B.
